IO. LEONARDI RODOERII

I.C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI

OBSERVATIONES SINGVLARES
CVM ADDITIONIBVS,

Ad Quotidianas Reſolutiones Libri Primi

D. DONATI ANTONII
DE MARINIS

Olim Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentis, Nunc Supremi à latere Conſiliarij, ac Regiam Cancellariam Regentis,

IN QVIBVS NEDVM RESOLVTIONES D. REGENTIS DECISIONIBVS Noſtrorum, & exterorum Supremorum Tribunalium nouitèr emanatis corroborantur; Sed etiam alij illuſtres, ac magis controuerſi iuris articuli in materia Canonica, Ciuili, Criminali, Feudali, tàm ſecundùm Ius commune, Pontificium nempè, & Cęſareum, quàm Regni Neapolit. & Conſuetudinarij huius Ciuitatis excitantur; miro ordine, breui, faciliq; methodo diſcutiuntur, & reſoluuntur, & Authoritate rerum iudicatarum, tàm Senatuum huius Regni, adhùc non impreſſarum, nec ab alijs relatarum, quàm exterarum per alios DD. in eorum Codicibus relatarum comprobantur.

OPVS IVS DICENTIBVS, CAVSARVM PATRONIS, ET VNIVERSIS IN FORO *verſantibus vtiliſſimum, Pragmaticis verò apprimè neceſſarium.*

ACCESSIT INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, AC VERBORVM OMNIVM In Obſeruationibus contentorum,

CVM SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIO.

NEAPOLI; Ex Typographia Auguſtini de Thomaſſi. M. DC. LXVI.
SVMPTIBVS IGNATII RIETOLI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

EMINENTISSIMO PRINCIPI,

AC HEROI INCOMPARABILI,

D. PASCHALI ARAGONA.

S. R. E. CARDINALI,

Tit: S. Balbinæ, Conſilij Status Suæ Cath. Maieſtatis à Latere Conſiliario, ac huius Neapolitani Regni Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

V. I. D. Io. Leonardus Rodoerius, Dat. Dicat, & Vouet.

AN opus, an Author numinis tui pręſidium imploraret, Iurgium factum eſt, ſed citò liti finem fiducia impoſuit, vterque enim labor, & Author, te Princ ipem Orbem irradiantem, te Romam purpureo decore i lluſtrantem, te tandem Regni huius Regis noſtri Potẽtiſſi mi placitu clauum ſubſtinentem, implorant Protectorem, & compoſitis diſſidijs dat tibi Author opus, dat opus Au thorem, vtrumq; tamen pu-

AVTHORIS PROTESTATIO.

OBiurgari audio, cur volens ad ingentem, lautamq; componendorum librorū
menſam accedere, typographias, & torcularia inutilibus inuoluere auſus
fuerim: inutilibus inquam, ſi enim demens eſt tenuis volens riuolis immē-
ſa Nectuni Regna augere, dementiæ quoq; adſcribendum planè erit, dum
inſufficiens, ac ignara minerua mea, noſtro iuris Oceano aliquod putauit
præbere incrementum; Profectò reum me noſco, reprehenſione fateor me dignum, dan-
dum tamen excuſationi locum præcor reprehendentem. Abſit enim, vt nec quidem
cogitauerit mens mea omiſſa addere, vel aperire; cū namq; quem Authorem veneror,
cuncta rectè rimaſſe, multaq; quæ à caligine tenebrarum, & obſcuritate præmebantur
tàm doctè, ac magiſtralitèr dilucidaſſe, vt admirationis Orbi toto fuerit, ſed ea dumta-
xàt adnotare, quæ moderniores Authores in eorum voluminibus nouitèr præbuerunt,
quæuè noſtrum S. C. in quampluribus magni ponderis contingentijs, exemplaritèr, &
memorandè (iuxtà morem) in decernendo ſententiauit; non ignarus, opera omnia à do-
ctiſſimis ædita genitoribus, eorum cognita vtilitate, mox opulentiſſimis additionibus, ac
obſeruationibus ditata extitiſſe, vti noua obſeruatione digna: Tales ipſe exiſtimaui
quotidianas haſcè Iuris Reſolutiones, quas SPECTABILIS DOMINVS MEVS edidit,
non quidem vt ſibi ſolum gloriam captaret, ſed magis, vt languentem intèr inuolutas
controuerſias Iuriſprudentiam, ad commune, tàm Tribunalium, quàm Scholarum iuua-
men illuſtraret; Acceſſi ideò hilari animo ad opus hoc componendum, quod vti inge-
nioli mei partum primum excuſandum præbeo, non calumniandum, propterea in ip-
ſius fronte meam quam ſuprà cernis effigiem imprimendam curaui, vt me adoleſcen-
tem compatiantur Lectores. Valete.

ADDITIONES COPIOSÆ AD PRIMVM LIBRVM QVOTIDIANARVM RESOLVTIONVM SPECTABILIS DOMINI REGENTIS DONATI ANTONII DE MARINIS

AVTHORE

IO: LEONARDO RODOERIO V. I. D.

SVMMARIVM

ABbates non præſumuntur exēpti, num. 1.

Abbas exemptus quis dicatur num. 2.

Abbates exempti nomine tantum differunt ab Epiſcopis, n. 3. Imò veniunt appellatione Epiſcoporum, num. 4.

Abbas exemptus habet iuriſdictionem ordinariā in ſubditos, priuatiuè ad Epiſcopum viciniorem num. 5:

Abbas exemptus habens in ſubditos omnem iuriſdictionem, cognoſcit de cauſis matrimonialibus, & criminalibus, num. 6.

Abbas exemptus concedit licentiam prædicandi in ſua diœceſi, & quomodo hoc procedat, n. 7.

Poteſt approbare confeſſarios, cum declaratione, num. 8.

Poteſt publicè benedicere populum, num. 9.

Poteſt creare Rectores in Eccleſijs ſuæ diœc. n. 10.

Poteſt interponere debitum decretum ſuper alienatione bonorum; n. 11.

Poteſt ex iuſta cauſa remittere denunciationes in matrimonijs contrahendis, num. 12.

Poteſt alteri aſſiſtendi licentiam concedere in matrimonijs contrahendis inter ſuos ſubditos, num. 13.

Pōt excōmunicare, & abſoluere ſuos ſubditos n. 14.

Non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate occulta num. 15.

Poteſt vti Pontificalibus, nempè mitra, baculo, & alijs num. 16.

Pōt erigere Baldacchinum, cū declaratione, n. 17.

Poteſt concedere licentiam, & aſſentiri in erectione iuris patronatus, & nouarum Eccleſiarum, num. 18.

Poteſt concedere licentiam nonitijs diſponendi de eorum bonis temporalibus, iuxtà formam S. C. Trid. num. 19.

Poteſt concedere dimiſſorias ſuis ſubditis, & declaratur diſpoſitio S. Concil. num. 20.

Poteſt minores ordines conferre ſuis ſubditis ſecularibus, & regularibus, num. 21.

Habens proprium, & diſtinctum territorium, nō dicitur eſſe de Prælatis Epiſcopo inferioribus, num. 22.

Poteſt facere vniones beneficiorum, etiam curatorum, num. 23.

Poteſt conſecrare Virgines ingredientes Monaſterium, num. 24.

AD CAPVT LV.

Additio.

MATERIAM iſtam latè examinat *Robert. Marant. diſput. 8. Surd. conſ. 2. & Sperell. deciſ. for. Eccleſ. tom. 1. deciſ.*
1 11. *nu.* 11. Sed præter iſtos conſtituenda eſt vnica principalis concluſio, quòd Clerici actiuè, & paſsiuè teneantur iure cōgrui, quod approbatum, & introductum reperitur, nè dum de Iure communi, ex *l. Sancimus, de iur. præthomiſ.* verum etiam de iure Canonico ex *tex. in cap. conſtitutus, de in integr. reſt.* & ita tenent *Caſſan. ad Conſuetud. Burg. tit. de retr. rubr. 10. §. 1. gloſ. 2. Tepat. variar. iur ſentent. tit. de iur. congr. cap. 3. in princip Ricci. in addit. ad Dom. Cala de mod. articul. gloſ. vnic. §. 2. num. 512. verſ. dicas quod Clericus, Guttier. pract. quæſt. cap. 156. lib. 2. Roland. conſil. 21. num. 6. circà medium lib. 1. Io: Bapt. Ciarlin. contr. forenſ. lib. 2. cap. 138. num 3 Gratian. diſcept forenſ. tom. 3 cap. 460. num. 17. & tom. 4 cap. 742 nu. 16. & Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. tom. 3. par. 12. quæſt. 34.*

2 Sed nihilominùs aduertendum eſt, prædictam concluſionem in Ciuitate iſta locum nō habere, adeo quod communis vſus, & ſtylus iudicandi ſe habet, quod Clerici, nec actiuè nec paſsiuè, prò bonis in ea ſitis teneantur iure congrui, iuxtà celebrem illam *deciſ.* 185. *Præſid de Franch.* & tradunt *Capyc. Latr. dec. 66. num. 23.* Doctiſsimus *Dom. Reg* Capyc. *Galeot. contr. iur. lib. 1. contr. 61. num.* 18. & 19. itemq; *Thor. in compen. deciſ. tom. 2. verbo, Ius congrui fol. 321. col. 1.*

3 Qui iudicandi vſus ortum habuit, ex *rit. 22. Cur. Archiepiſc* huius Ciuitatis, per quem Conſuetudo iuris congrui, nè dum non fuit acceptata, ſed expreſsè reijcitur à bonis Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, ob quod cum laicus quidam fuiſſet in illa Curia Archiepiſcopali excluſus à petitione iuris prædicti ſuper bonis Clericorum; ideo S.C. ad equalitatem ſeruādam emanauit cōtrà Clericos *deciſ.* illam, de qua *Franch. loc.*
4 *cit.* Lex enim æqualis eſſe debet, *cap. erit autè lex 4. diſtinct. l. fin. C. de fruct. & liti. expenſ. Ricci. deciſ. Cur. Archiepiſc. part 3. deciſ.* 180.
5 & maximè in iudicijs, & ſeruanda æqualitas *Cap. non licet de reg. iur. in 6 l. non debet actori ff. eod. & in cap. 2. de mutu. petit.*

Io: Leonardus Rodoerius.

SVMMARIVM.

CLericus beneficiatus potitur priuilegio fori; etiamſi habitum Clericalem & tonſuram non deferat, num. 1. Amplia, n. 2.

Penſionarius Clericus ſi in habitu, & tonſura non incedat, an potiatur priuilegio fori, ſicut habens beneficium, nu. 3. negatiuè, n. 6. Author diſtinguit. n. 7.

Penſio non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, imò differt ab illo, num. 4. Sed diſtingue, num. 8. & vide, num 9.

Penſio non poteſt renunciari ad fauorem, num 5.

Penſionarius, an teneatur recitare officium, ſicut beneficiatus, diſtinguitur, nu. 10.

AD CAPVT LVI.

Additio.

1 SVPER prædicto iſto, quod Clericus beneficiatus fori fruatur priuilegio, licèt habitum, & tonſurā non deferat, addo tradita per eundem *Spect. Dom meum cap. 13 num. 2. 5. & 6 & cap. 47 ſub nu. 9. verſic Quāto al primo vol. 2. & allegat. 124 num. 26. vol. 3.* Itemq; *Poller. in prax. crim. rubr. Audiantur excuſatores num. 47 in fine*, vbi ita pluries refert obtinuiſſe per hæc verba. *Et ſi Clericus poſſides beneficium, hoc ſolum ſufficit ad remiſſionem obtinendam, & ita pluries obtinui, per dictam deciſionem, non obſtantibus nonnullis obiectionibus in Regia Prouinciali Audientia.*

2 Id quod ampliandum eſt, vt beneficiatus in caſu prædicto potiatur priuilegio fori, etiā ante adeptam poſſeſsionem beneficij, cum ſufficiat quod fuerit ſignata gratia in ſui fauorem, & quod beneficium illud de proximo peruenturum ſit in eius manibus, vt declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur, *Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 7 quæſt. 1 n. 47.*

3 Sed quæſtionis eſt, an Clericus penſionarius ad inſtar beneficiati habeat priuilegium fori, quamuis in habitu, & tonſura non ince-
4 dat? Dubium facit, quia penſio non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, imò differt ab illo in ſubſtantia, & quidditate, nam videtur potius quid laicale, *Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. tit. de beneſic. cap. 34 dubit. 37 nu.* 201. & videtur ad hoc eſſe *tex* expreſſum in *cap. quāuis 4. de præbend. in 6 & ex Gig. Dian. Nauar. Pariſ & Gonſal.* tenet *R. P. Franciſc. Bordon. contr. moral. cap. 26 tit. de eſſ. & profeſſ. nu. 11.*
5 ex qua ratione *cit. Pariſ. de reſignat. beneſic.*